



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu  
Decretalium pentateu-||chus**

**Mesnart, Martin**

**Parisiis, 1555**

ix. De Apostatis & reiterantibus Baptisma.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

plurésive probos viros, aut, si necessum erit, viciniam totam de indicandis hæreticis, hæreseósvē suspectis iurare compellito. Indicatos ad se euocato. hi, nisi se purgabunt, aut si exhibita purgatione relapsi erunt, canonicè puniuntor. Si qui verò iurare respuerint: ex hoc hæretici censentor.

*De Schismaticis, & ordinatis ab eis. Tit. 8.*

**O**RDINATIONES, beneficiorum conlationes, rerum ecclesiasticarum alienationes à Schismaticis factæ inritæ inualidæ habentor. Alienata ad ecclesias sine onere reuertuntor. Qui contrauenire præsumet, excommunicacioni subiacet. Sed & qui Schisma tenere sponte iurassint ab ordinibus & dignitatibus suspenduntor.

*1. Quod à prædecessore.*

A Schismatico itaque ordinatus, ni per habentem potestatem secum dispensatum probabit, actutum ab officio repellitor.

*2. Fratemitatis.*

*De Apostatis, & Reiterantibus Baptisma. Tit. 9.*

*De Apostatis.*

**Q**UI per baptismum Christiani facti sunt Christianam Religionem obseruare, prioris sectæ ritus dimittere compelluntor.

*4. Quidã*

Sic & Apostatæ, qui habitum abiecerunt, ad

*5. Anobis.*

## De iis qui fil. occiderunt.

eum resumendum grauissimo carcere & poena per episcopum coguntor.

6. *Consultationi.*

Talis monachus in apostasia sacrum ordinem recipiens, quamuis abbati recõciliatus fiet, & pœnitentiam recepit, absque Ro. Pont. dispensatione in eo ne ministrato.

7. *præterea*

Puri autem clerici qui habitu & ordine clericali relicto in apostasia vt laici degūt, si in criminibus comprehēsi tenebuntur, per censuram ecclesiasticam liberari ne præcipiuntor.

3. *Tua.*

Huiusmodi clerici de apostasia solū infamati in seculari habitu ne tolerantor, sed deficiente probatione ad purgationem adiguntor.

### *Et Reiterantibus baptisma.*

2. *Ex iis rarum.*

**A** Coluthus, qui anabaptistæ ministeriū præbuesit, si factum eius publicum erit (ni favore religionis cum eo dispensabitur) ad superiores ne promouetor, sin occultum: promouetor, pœnitentia crimen expiato.

### *De iis qui filios occiderunt.*

*Tit. 10.*

3. *De infātibus.*

**P** Arêtes quibuscum infās reperitur mortuus, nec adparet à patre matrève obpressus, vel subfocatus, aut morte propria defunctus fiet, impuneis ne funto. at casus ratio habetor. his sibi consciis trium annorum pœnitentia, quorū vnum in pane & aqua peragant, indicitor.